



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ  
Deuotæ**

**Richeome, Louis**

**Coloniæ, 1610**

De Dei imagine secundum quam homo factus fuit. Colloquium XL.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](#)

*De Dei imagine secundum quam ha-  
mo factus fuit.*

## COLLOQVIVM XL.

THEO.

**N**AE verò ego nunc operè  
premium facturus tibi vi-  
dear, si singulas pulcher-  
rimi huius corporis partes exami-  
naro, & earum cum anima conue-  
nientiam demonstraro? Ait nam-  
que Scriptura Sacra, creasse Deum  
hominem ad imaginem & similitu-  
dinem sui, reuera illum, non quoad  
animam tantum, quæ principem in  
eo locum tenet, sed etiam quoad  
corpus, quemadmodum præclarè  
a Diuo Augustino videmus fuisse

S. Aug. l. obseruatum: non quod Deum sig-  
6. in Ge. ram corpoream cum Anthropo-

c. 2. & l. morphitis habere somniemus, ad

83 qq. cuius velut prototypon homo de-  
9. 53. piatus ac delineatus sit, sed quia

cœlestis illa humani corporis re-  
titudo euidens de cœlesti ani-  
mæ natura testimonium edit, &

quia

quia figuræ exterioris pulchritudo ac decor, velut vestigijs quibusdam spectatorem ad imaginem & similitudinem D E I interiorum perducit. Atque hinc omnino sequitur præclarè ut dictum S. Amb. fuisse videatur, faciamus nobis hominem, non animam tantum ad c. 7. & 8. similitudinem nostram: quo vi-  
delicet constaret utramque homi-  
nis speciosissimi partem ad exem-  
plar D E I fuisse efformatam, etsi in  
anima plus decoris ac adeò plura  
colorum lumina à supremo illo ar-  
tificè adhibita non inficiemur.  
Placet & porrò ijs, qui à Theologia  
nostra sunt, ut hanc animæ ima-  
ginem immortalitatem vocent Arium.  
cum vniuerso Zeugmate ei an-  
nexarum facultatum: similitu-  
dinem autem rectum earum usum  
esse, & virtutes quas per eam  
freti, diuina gratia nobis ac-  
quirimus & possidemus. Et sunt o-  
mnino facultates istæ dona illa-  
quæ nos appellamus Intellectum,  
Voluntatem, & Memoriam, & re-  
liquæ omnes quæ in anima ad-

*a Orig. li.**3. per c. 6.**S. Bas. h.**15. in Ge.**S. Amb.**l. 6. Her.**c. 7. & 8.**Greg.**Nyss. ho.**de crea-**tione ho-**minis.**Ench. l. 1.**com. in**Gen. Vi-**ctorinus**contra**Arium.**Theod.**qq. in**Gen. q.**20.**Ruper. 2.**de Trin.**c. 3. & 5.**S. Vho. q.**93. Mag.**Sent. 2. 2**d. 16.**mira-*

mirabilem istam, immortalem, & ineffabilem Dei essentiam arguunt atque testantur. Itaque cum etiam sacrosancta illa essentia in tribus diuersis personis conquiescat, ad illicius planè imitationem anima nostra intelligit, videt ac recordatur, & in immortalitate sua generaliter diuinæ naturæ imaginem circumfert, & in hoc ternario facultatum numero in vna natura fundatarum, simulachra circumfert, & picturam specialem trium diuinarum personarum vñitarum & vna essentia colligatarum. Verùm quò aliquantò clarius ac manifestius huius imaginis filum aut lineamenta cognoscamus, duo admodum obseruanda sunt, quibus si imago quæpiam non caruerit, tum demum quam maxime ad viuum id quod debet repræsentare iudicatur. Primum est ut perferat: & hoc modo patrem à filio repræsentari dicimus non aliter quia vera effigie Dei, Filium etiam imaginem Dei appellare possumus in omnibus & per omnia ipsi equalē, quippe

*Propriū  
officiū i-  
maginis.  
S.Thom.  
1.q.93.  
ar.2.6.*

quippe natura ab eo nihil dissidentem. Alterum est, cum in ea qualitatem solum aliquam spectandam exponit, quæ rei propria est, & natu-  
ram tamen illius vniuersam non complectitur: ita tabellam imaginem Principis vocamus, etsi exte-  
riorem tantum illius formam ac li-  
neamenta præ se ferat. Ita etiam hominis animæ imago Dei impressa est  
& in ea adumbrata, vnde non sim-  
pliciter Dei imago appellatur, quæ  
admodum Iesu Christus: sed crea-  
tura facta ad imaginem Dei, & quo-  
dāmodo è regione illius reædifica-  
ta, quæ in triplici cælatura consistit, 27.  
Intelligentia videlicet, Voluntate,  
& Memoria, velut vestigijs firmissi-  
mis animæ immortalitati impressis.  
Etsi tu hoc loco, nullus dubito, quin  
differentiam, qua imago hæc ab ico-  
ne Principis artificiali dissidet, ani-  
ma duertas: ea enim ex metallo ali-  
quo muto conflata est, Dei autem  
hæc effigies animæ rationali, viuæ &  
immortali impressa, quia videlicet  
subiectum quod hominis animam  
diximus, vitæ particeps est & im-  
mortalitatis.

N

De

2. Cor. 4.

Col. 1.

15.

Genes. 1.

27.